



Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

IV. Nihilo illo modestiores erant ceteri Legati. Innocentius III. procurations Legatorum restrixit ad necessaria, causas querelarum amputare studens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15617

mam familiam , mille & quingentis per Angliam equitaturis vehebatur , ut docet Mat. thaeus Parisius.

I V. Nibili modestiores erant ceteri Legati , nihil eorum omittentes quæ ad pom-pam ac fastum & ad comparandas divitias pertinebant . Quare necessarium fuit Innocentio tertio maximo & doctissimo Pontifici , qui sedi apostolicæ præsedit paulò post casum Episcopi Elensi , justis provincialium querelis fatisfacere & modum aliquem pone-re ambitioni & avaritiae Legatorum . Scribens igitur ad Primicerium & Clerum Mediolanensem , qui procurationem solvere re-cuaverant Bernardo Tituli sancti Petri ad vincula Presbytero Cardinale & apostolice sedis Legato , declarat quidem omnes Ecclesiæ teneri ad impendendum procuracyes Legatis & Nuntiis apostolicæ sedis , & ab earum præstatione nullam prorsus haberi posse excusatam , nisi forte per speciale pri-vilegium sedis apostolicæ sit exempta ; sed tamen eodem tempore procuracyes illas restringit ad necessaria , prædicto Cardinale vel potius nobis in ipso contumaciter resistente , ne-cessaria denegatis , & neminem ex ea præsta-tione vult indebet prægravari . Sanè in his exi-gendis , inquit , cum modum & ordinem volu-mus observari , ut nulla Ecclesia vel Prelatus se indebet prægravari rationabiliter conqueratur .

V. Orta erat tempestas illa in Ecclesia Mediolanensi ex contumacia Canonicorum & quorundam ministrorum illius Ecclesia quos Ordinarii vocabant . Hi cùm se longa possessione tuerentur ne procuracyes Legatis præstarent , ex eoque ceteri Clerici one-rarentur , propterea quod Legati saepe illac commeabant , quibus necessario præstanda erat procuraatio , eò usque incaluit contentio , ut dicerent ceteri non soluturos se procura-tionem nisi prius eam Canonici perfolverent & nisi etiam Ordinarij parte illos oneris , ut æquum erat , sublevarent . Nam procura-ratione imponebatur à Legato quæ universis cuiuslibet diœceseos Clericis incumberet , singulis autem portio sua cuique solvenda injungeba-tur ab iis quibus ea res committebatur in una-quaque diœcesi . De ea re scribit Innocen-tius ad Abbatem de Cerreto , cui causam committit , simûlque decernit quæ in poste-rum observanda essent . Sed antequam verba ejus referamus , necesse est proponere lectori fontem & originem tot malorum , frequen-tiam nimirum legationum . Cùm enim per ci-vitatem ipsam , inquit Innocentius , saepe con-tingat transitum facere nostros Nuntios & Lega-tos , quanto in eorum procuracyibus faciendis pauciores existunt , tanto facientes amplius præ-gravantur , & quanto per plures onus esset procu-

rationis divisum , tanto à facientibus facilis porraretur . Tum commendata sollicitudine sua pro omnibus Ecclesiæ curaque sua pro Ordinariis & aliis Clericis Ecclesiæ Mediola-nensis , demum ita statuit : Volentes autem ut quod omnibus imminet ab omnibus comportetur , discretioni tuae per apostolica scripta precipientis mandamus quatenus predicti Ordinarii ad tuam presentiam convocatis , nisi per speciale privilegium apostolice sedis à prestantis procuracyibus ostenderint se immunes , etiam longissimo tem-pore procuracyis obsequium non impenderint , cùm in talibus sibi prescriptio locum negat vendicare , ipsis ad procuracyis sarcinam ordine debito subveniandam appellatione renata teneri de-cernas .

V. I. Quia verò Legati interdum excede-bant modum sibi præscriptum , immo exige-bant procuracyes ab iis etiam quos non vi-sitabant , idem Innocentius huic malo me-deri cupiens constitutionem edidit in Conciilio Lateranensi anno M C C X V . in hunc mo-dum : Procuracyes que ratione visitationis de-bentur Episcopis , Arc' siacoris , vel quibuslibet aliis , etiam apostolice sedis Legatis aus Nuntiis , absque manifesta & necessaria causa nullatenus exigantur , nisi cùm personaliter visitationis officium impendunt ; evictorum & personarum mediocritatem obseruent in Lateranensi Concilio constitutam . Hac quidem recte & ex ordine Innocentius , & secundum jus ab ipso stabili-tum in epistola ad Episcopum Slevyensem in Dania . Sed quæ sequuntur in eadem con-stitutione Concilij Lateranensis , omnino evertunt ea quæ præcesserunt . Nam cùm decrevisse ne quis ab Ecclesiæ exigeret procuracyes , nisi cùm personaliter visitationis officium impenderet , statim illud speciali privilegio indulget Legatis , ut si necesse sit eos alicubi moram facere necessariam , procuracyes recipiant etiam ab illis Ecclesiæ quas non visitaverint . Subdit enim post ea quæ superius descripta sunt : Hoc ab initio mo-deramine circa Legatos & Nuntios , ut cùm oportuerit eos apud al' quem locum moram facere ne-cessariam , ne locus ille propter ipsos nimium ag-gravetur , procuracyes recipiant moderatas ab aliis Ecclesiæ vel personis que nondum fuerunt de suis procuracyibus aggravate , ita quod na-merus procuracyorum numerum dierum quibus moram hujusmodi fecerint non excedat , & cùm aliqua non sufficerit per se ipsam , due vel plu-res conjungantur in unum .

V. II. Huic juri color quæsus , neloc-ai in quibus Legati moram traxerint longio-rem , nimil propter ipsos aggraventur . Tum itaque licere Legatis decernit Inno-centius procuracyem exigere ab Ecclesiæ quas non visitaverint . Scio ingens esse dis-

Innoc. III. lib. 1.
epit. 148. & cap.
Accedentes. De
prescriptionibus.

Vide Petrum Pa-
ulum Parvi in cap.
Accedentes. & in
cap. Convex offici.
De prescriptionibus.

Innoc. III. lib. 1.
epit. 169. & cap.
Accedentes. De
prescriptionibus.